


Musicam Diis curæ esse.



Locrensis posuit tibi Delphice phœbe cicadam
 Eunomus hanc, palmæ signa decora suæ.
 Certabat plectro Sparthyn commissus in hostem,
 Et percussa sonum pollice fila dabant.
 Trita fides rauco coëpit cùm stridere bombo,
 Legitimum harmonias & uitiare melos:
 Tum citharæ argutans suavis sese intulit ales,
 Quæ fractam implemet uoce cicada fidem.
 Quæq; allecta, soni ad legem descendit ab altis
 Saltibus, ut nobis garrula ferret opem.
 Ergo tuæ ut firmus stet honos, ò sancte, cicadæ,
 Pro cithara hic fidicen æneus ipsa sedet.